



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sylva Cogitationum Sacrarum Pro Cathedra Seu Conceptus Prædicabiles

Ex Præstantissimis Authoribus collecti ; Et In tres Classes divisi

Complectens Dominicas Per Annum

Höger, Franz

Ingolstadij, 1726

VD18 90197089

Dominic. XXIII. post Pentecost.


[urn:nbn:de:hbz:466:1-53055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53055)

num, quod habet. III. *Approbando* malum, quod habet, & hoc est peccatum mortale, si grande malum est.

Debita
Deo.

THESIS VIII. *Quæ sunt Dei, Deo.* Matth. 22. v. 21. Deo debemus I. *Tributum Fidei.* II. *Tributum Amoris.* III. *Tributum Obedientiæ*, id est, debemus Deo credere tanquam æternæ Veritati; Deum amare, utpote summum Bonum, Deo obedire veluti Supremo Domino. *Diction. Apost.*

THESIS IX. *Quæ sunt Dei, Deo.* Matth. 22. v. 21. I. Oportet Deo reddere *Bona Naturæ* cum perfecta religione. II. Oportet Deo reddere *Bona Gratiæ*, & quidem cum usura, quam exigit. III. Oportet Deo reddere *Bona Gloriæ* cum anticipata quadam magnificentia. *Id.*



DOMINIC. XXII.

postPENTECOST.

Mors op-
randa.

THESIS I. *Filia mea modò defun-*
cta est. Matth. 9. v. 18. *Mors*
de-

desideranda est: I. Quia à Miserijs hu-
jus vitæ liberat. II. à peccandi necessi-
tibus immunem præstat. III. Ab
exilio in patriam revocat. *Vivien in
Tertull. Prædic.*

THESIS II. *Modò defuncta est.*
Match. 9. v. 18. *Causæ tres libenter
moriendi. Triplex in morte congra-
tulario est: I. Homines ab omni La-
bore, II. Peccato, III. & Periculo libe-
rati. S. Bern. in transitu Malachie.*
Hinc & cygnus, ut est in fabulis, quæ-
situs, cur in morte caneret? respondit,
quia neque cibi quærendi cura ampliùs
cruciabor, neque Aucupum laqueos
mortuus extimescam. *Vide Fabrum
in Conc. Funebr. Exhort. 23. verbò: Fit i-
bi quies à laboribus, fit jucunditas de novi-
tate, fit securitas de æternitate, S. Bern.
serm. 41. ex parvis.*

THESIS III. *Defuncta est.* Matth.
9. v. 18. *Quidam Senex in morte ri-
dens, & causam quæsitus respondit: I.
Risi, quia omnes mortem timetis. II.
Risi, quia non estis parati. III. Risi,
quia de labore vado ad requiem. In
Vitis PP. lib. 31. c. 159.*

R 4 THE.

Mors lugenda.

THESIS IV. *Modò defuncta est.* Matth. 9. v. 18. Triplex mors lugenda est: I. *Impiorum*, quia moriuntur absque fide, spe, bono opere. II. *Mundanorum*, quia affliguntur in morte amore, dolore, timore. III. *Peccatorum*, quia funestè moriuntur subitanea morte præventi, præmatura morte sublaci, in peccato, & impoenitentia elati.

Irrisio.

THESIS V. *Deridebant eum.* Matth. 9. v. 24. Irrisio quatuor parit mala: I. Ostendit enim stultitiam. II. Suspendit amicitiam. III. Offendit Justitiam. IV. Intendit Maliciam. *Drexel, in Phaëron. c. 12. §. I. vide etiam Kyblerum tom. 1. fol. 1323.*

Deas.

THESIS VI. *Si tetigero tantum, salva ero.* Matth. 9. v. 21. I. Nihil magis *Lene*, cum tangitur, quam Deus. II. Nihil autem illo magis *Asperum*, cum tangit. *Didac. Nissen. Dom. ultima post Pentec. Perioch. 1.*

Mortis præparatio.

THESIS VII. *Modò defuncta est.* Matth. 9. v. 18. Triplex datur bene moriendi dispositio. I. Prima consistit in perpetua Pœnitentia de vita præ-

tertia; hæc nempe delet peccata. II. Secunda in Abstractione voluntaria à vita præsentè; hæc enim attrahit Grati- am. III. Tertia in ardenti Voto ac desiderio vitæ futuræ, quo scilicet me- remur gloriam. R. P. Nicol. Dijon Ca- pag.

THESIS VIII. Modò defuncta est. Matth. 9. v. 18. I. Mors est Certa & infallibiliter venit. II. Mors est Prom- pta, & citò venit. III. Mors est Fallax, & ex improvîsò venit. La Selve Conc. 6. in Adventu.

THESIS IX. Modò defuncta est. *Mors im- provîsa.* Matth. 9. v. 18. Nihil Terribilius Morte improvîsa. II. Nihil Commu- nius Morte improvîsa. III. Nihil Ju- stius Morte improvîsa homini Peccato- ri pœnitentiam de die in diem differen- ti. Diction. Apost.

*Vita brevè
vis, an lon-
gæ?*


THESIS X. Modò defuncta. Matth. 9. v. 18. I. Re bene spectata, nihil ita brevitatè vitæ commendat, & ex- orare persuader, quàm Periculum per- dendi Deum, & desiderium eum possi- dendi. II. Sed & nihil ita prolonga- tionem vitæ optare & petere à Deo fa- cit, quàm Pœnitentia, & Charitas. Id. THE-

Resuscitatio.

THESIS XI. *Surrexit puella.* Matth. 9. v. 25. I. Christus facit eam *surgere*; ita etiam peccator à morte seu peccato surgere debet. II. Facit eam *ambulare*, ita resurgens peccator viam virtutis ingredi debet. III. Facit eam *manducare*, ita peccator Sacramentis, velut animæ alimentis uti, & pascere se debet.

Consideratio Mortui.

THESIS XII. *Modo defuncta est.* Matth. 9. v. 18. Triplex consideratio valde utilis est I. Mortui in suo *Letædo*. II. Mortui in suo *Feretro*. III. Mortui in suo *Sepulchro*. *Chappuis in Medit. 19. Dec.*



DOMIN. XXIV.

post PENTECOST.

Judicium extremum.

THESIS I. *Videbant Filiam Hominis, venientem in nubibus.* Matth. 24. v. 30. Judicium est rimendum propter tria: I. Propter *Judicis Terrorem*. II. Propter *Judicis Rigorem*. III. Pro-